

V I R O
 NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
 AC CONSVLTISSIMO,
 D O M I N O
 IO ANNI
 CHRISTOPH.
 ELSNERO

CONSVLI ac p. t. VET. CIV. IVDICI
 GRAVISSIMO


PLACIDA MORTE

d. XII. SEPTEMBR. ANNO clō lōccxxx.

REBVS MORTALIVM EXEMPTO
 IPSIS EXEQVIARUM SOLENNIBVS
 DIE MICHAELI ARCHANGELO ANNI-
 VERSARIO SACRO

VLTIMVM OBSERVANTIAE ET HONORIS
 OFFICIVM PRAESTABANT
 LVGENTESQVE QVODAMMODO SOLARI
 CONABANTVR

RECTOR ET PROFESSORES THORVN.



T H O R V N I I

Impressit Ioh. Nicolai NOBILISS. SENAT. & GYMN. Typographus.

C93

C94

D. O. M. S.

Praeclaras, o Viator!
Praetoris urbani virtutes
in cippo, quem aspicias, pondera.
Legum peritiam, gravitatem, abstinenciam.
Sine illa vanitas, sine ista contemptus, sine hac iniquitas est,
in discutiendis fori actionibus
mutuis operis in unam vim omnes coalescunt,
in animo boni rectique cupido
divelli citra nefas non possunt.
Redundat enim in civitatis commoda, aut damna
quicquid in homine aut artis aut indolis abundat.
Ludi simile est, ne dicam monstri,
sine rerum aequa aestimatione
sine veri rectique dextra interpretatione
sine alienae salutis provida curatione
iuri dicundo aut dando praeesse
Vnde Praetor sit iustitiae cultor verus, simul & Vltor,
ut laedere velit neminem, sed a nemine laedi.
At rumpe hos sensus suspirio, Viator,
sile parumper & luge.
Fuit Thorunii
qui praeendo, iudicando, consulendo
praeturam rexit & gessit,
iam desit esse.

VIR

NOBILISSIMVS & AMPLISSIMVS
DOMINVS

IOHANNES CHRISTOPHORVS ELSNERVS

Patria Silesius
Consul Thorunii gravissimus ac civiliter peritus,
in iuventute
domi & Zittaviae scholasticis disciplinis praeparatus
impigro ingenii conatu
Lipsiam & Vitembergam adiit
ubi firmo diligentiae proposito
animo sollicito nec ad vanitates defexo
celeberrimos Legum interpretes audivit,
prosperè non minus quam propere
his Ducibus egregiis didicit
bella in foro gerere pacate, bellatores profligare.
opus eximium ratus, eximere obvios Dicafterii nodos
opera forensi obstringere sibi Clientes
incipiti controversiarum nexu obstrictos.
Hoc disceptandi exercitio, illo defendendi fideli artificio
eminuit Soraviae Lusatorum,
brevis post Thorunium venit
proludente fortuna. latente meliori sorte,
ut responsis, consiliis, ministeriis,
degeneris seculi difficultates seiungeret
nec seigniore manu, quam lingua

periculis

periculis amicorum & cum suo periculo consuleret,
iura innocentium sine iniuria obnitentium tueretur.

Hisce meritorum gradibus scandens
per scabinatum ad civitatis cardines perrexit
virtutis laude, dexteritatis documento
exemplo maiorum, Optimatum sententia
felici ascensu, facili assensu
lectus Consul

sed non tam amare visus est fastigium dignitatis
quam cum dignitate amare tueri,
inter malignitatis taedia & aevi molestias
inter implicitas lites quas explicavit dextre
feliciter partes explevit.

Tandem ad ultimum Spiritum Iudex
Sistit se Iudici in coelo incorrupto
non perplexa nec flexa sententia iudicandus
tamen non ex merito, sed fiduciae christianae pretio,
controversiis fori relictis

extra controversiam quietem impetravit,
Ita Beatus

Legum vindex egregius, naturae legi succumbit
& postquam urbi se civem, civibus patrem praebuerat,
iam bonis exemplum, filio moerorem
suis dolorem, civitati memoriam non morituram
relinquit.

Abi & dic
S. T. T. L.

f.
M. Petr. Ianenichius.

Lipsius Politic. L. III. c. 6.

Quidam natura ita pugnaces, ut tantum sententiis aliorum contradicant; qui consilii, quamvis egregii, quod non ipsi afferunt, inimici, & adversus peritos pervicaces. Bis stulti. Sive quod omnes sapere volunt ex suo ore; sive quod, si quid auctoritatis in ipsis est, crebris contradictionibus destruant.

Blehrter und geliebter Freund / des theuren
Alkners werther Sohn /
Den Leipzigs Mauren jetzt als einen Musen-Gast
umbfassen /
Erschrecke nicht zu sehr / wenn dir wird überschrieben
werden /

C 94.

Daß deines Vaters frommer Geist nunmehr schon
vor Gottes Thron /
Und von der Kranckheits-Laß und allzuharten
Amts-Beschwerden /
Die Ihm auf dieser Welt sehr wenig Ruh und
Lust gelassen /
Nach seinen Wunsch erlöset worden.
Erwege / ob du schon bestürzt / daß dein Herr Va-
ter seelig sey /
Und jeder patriot den alzufrühen Tod beklaget /
Da diese ganze Stadt wird seiner eingedenck ver-
bleiben /
Weil er die Gottesfurcht verehrt mit Ernst und oh-
ne Heuchelen :
Was Recht und billig ist / was Ehrbarkeit und
Klugheit saget /
Und was man weißlich pflegt von der Regierungs-
Kunst zuschreiben /
Das alles war bey Ihm zu finden.
Sein weiser Rath verknüpfte sich mit Nachdruck
und Bescheidenheit /
Herrschsucht und Eigensinn / und was dort Lipsius
verachtet /
Nebst Eigenruß und Stolz hat man niemahls an
Ihm gesehen /
Die Super-Klugheit Zoili u. Icaris Verwegenheit
Hat

Hat sein gelehrter Geist als ein politisch Bist be-
trachtet /

Denn wo es inficirt, da muß ein Land zu Grunde
gehen /

Und siehet seinen Fall vor Augen.

Wilt stehe dir mit Troste bey / und seegne deinen
Musen-Stand /

Damit du dermahleins des Vaters Stelle kanst be-
sitzen.

Ihr Freunde / die Ihr seyd in schwerer Traurig-
keit gesezet /

Weil des Wohlseelgen Gütigkeit und Bruder-
Liebe wohl bekant /

Hofft / daß des Höchsten Hand Euch wird mit
Nachdruck unterstützen /

Derselbe lebet noch / der Euch so schmerzlich hat ver-
lebet /

Drumb seyd getrost / Wilt wird Euch helfen:

Mit betrübten Herzen schrieb dieses
G. P. Schulz.

S Vrgere quis celsum vidit sine cæde tropæum?
Cui sudore procul laurea nobilis
Et venit sine Marte triumphus?
Vulnera nulla timet, quærit victoria testes,
Ac vitæ propriæ prodiga sanguine
Immortale decus sibi format.

Condita pulveribus latitaret Græcia, nullus
Augusto esset honos, otia si mala
Cordi luxuriesque fuisset.

Nulla foret credo terris Ecclesia, funes,
Ignes, saxa, rotas, laminam, & ungulas
Si trepidans dentesque leonum

Fugisset

Fugisset : variæ risit ludibria mortis,
 Ac palmas retulit, sanguine conscia
 Profuso se crescere posse.
 Vidit magnanimæ gentis certamina cœlum,
 Acclamansque dedit tale epinicion :
 Iam video consurgere CHRISTO
 Regna sua, & sanctis vires vitamque redire;
 Prostratus coluber Tartareus jacet,
 Ignitas stravere phalanges
 Sancta fides, Christi meritum, verbumque Tonantis ;
 Evicere preces, stat patientia,
 Et proculcat colla draconis.
 Felix, qui vitam didicit contemnere lætus?
 Mundi hic victor erit dignus adorea,
 Ac superas penetrabit ad arces.
 His armis ELSNERVS ovens perripit ad astra,
 Omnis Iustitiæ cui tenor adfuit,
 Ac steterat mens candida semper.
 Ille quidem est Musis nostris ereptus & urbi,
 In Nati simili sed tamen indole
 Et vivet Pater & pia virtus.
 At Tu Plessiaci firmato Heliconis alumne
 Fatum hoc vince animo; cuncta per aspera,
 Quæ occurrant juvenilibus annis,
 In stadio decurre tuo; tibi sæpe recurrant
 Chari facta Patris; mente ne concidas,
 Te rebus servato secundis.
 Vincere si cupias, advescito cedere fatis;
 Cœlum propitium respiciet tuos
 Conatus, salvumque reducet.

*CONVLLI optimo victoriam post seculi arumnas
 gratulatus, FILIO patriæ virtutis æmulo divi-
 num solatium apprecatus L. M. Q. F.
 Jac. Zablerus.*

Noch ist es denn nun aus? Ist denn mein Vater todt?
 Rieff meine matte Brust/ als ich den Bruch erblickte/
 Daraus bestürzt vernahm/ wie in der letzten Noth
 Auf meines Vatern Herz der Tod den Pfeil abdrückte.
 Die Antwort fiel mit Ja. O! harter Donner-Knall!
 So ist mein Vater todt! mein Hoffen ist verdorben/
 Stöhrt meine Klagen nicht bey diesem Schmerzens-Fall/
 Der mir die Wort aussprecht: mein Vater ist gestorben.
 Mein Vater der mich stets in seinem Herzen trug (erkaltet;
 Mein Rath/ mein Trost/ mein Hülf/ mein treuster Freund
 Drum schmerzt mich dieser Streich u. ich seufft jetzt mit Zug/
 Mein Krafft ist bald dahin/ die Adern sind zerspaltet.

Weil

194.
Weil mir der jetzt erbläht / der mehr als Jonathan /
Mich inniglich geliebt / der auch in Schwachheits-Fällen
Mit höchster Vater / Treu beständigst hielte an /
Ach dieser Acker sinckt durch Sturm und Todes Wellen.
Ach welch ein Donner-Strahl muß diese Todes Post /
Nicht in der Freunde Herk und des Geschwisters seyn.
Wer hält die Fluthen auf? wer reichet Kraft und Trost?
Wer heilet diesen Riß? wer mildert unsre Pein?
So muß denn Einsamkeit nun mein Befährte seyn /
Ja ein betrübtes Ach! wird in der Brust erschallen /
Wo deine Liebe mir mein Vater fället ein /
So oft die Sinnen nur auf deinen Nahmen fallen.
Doch giebt auch Gottes Wort mir höchstbestürzten Kraft /
Es hilft mir mit Bedult die Schmerzens-Thränen fassen /
Der Gnaden-Strohm ergänzt den matten Lebens-Safft
Drum will ich Gottes Rath mich gänzlich überlassen.
Nem̄t gleichfals liebsten Freund / den bitteren Thränen-Bach
Und küßet doch mit mir des weisen Gottes Fügen /
Tragt mit gelafnem Muth / das schwere Ungemach
So wird Euch Gottes Huld mit neuem Glanz vergnügen.
War der Wohlseelige vom Himmel Euch verehrt;
So darff die Unmuths-Fluth die Brust nicht überfüllen /
Wann Gott ihn wiederum von uns dahin begehrt.
Drum gebt Euch Wertheste in seinen heiligen Willen.
Du aber Seeligster hast nunmehr absolvirt /
Die Reise die dir war zu deiner Cur gerathen /
Denn du geneust der Freud' die nie kein Aug gespührt /
Und rühmst den grossen Gott / und seine Wunderthaten.
Du läst mich zwar zurück und bleibst in Salems Zelt /
Doch bleibt dein Vater Nahm mir tieff ins Herk geschrieben
Biß daß dein Zions-Fürst mir meine Reiß bestellt!
Da ich mein Vater dich ohn Ende werde lieben.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte den grossen Schmerz des einzigen Herrn Soh-
nes über des Absterben seines geliebten Herrn Vater vorstellen und zugleich ge-
gen das vornehme Trauer-Zaus seine schuldige Condolenz ablegen
Gottfried Weiß.

Nusquam sola quidem mens est devota Tonanti,
 Est puris Geniis, est comitata Deo.
 Ignibus eripiunt Lothum; stant agmina cœli,
 Ne noceat sociis hostis, Elisa, tuis.
 Sidereæ mentes flammis sistuntque premuntque;
 His ducibus validus continet ora leo.
 Ille olim Petro duras rupere catenas,
 Et Paulum ex undis eripuerunt maris.
 Quid multa? ad sedes superas comitantur cuntes,
 Seu mors naturæ, seu violenta, vocet.
 Sed cui suppetias cœlestes ferre Phalanges,
 Cui fidos comites iugiter esse putas?
 Qui Genios reverenter habet, qui pectore casto
 Gaudet, qui Numen iustitiamque colit:
 Qui illasam servare fidem, non ledere mentem
 Peccatis didicit: cui pietatis amor:
 Insula cui grata est, quem tangit cura sacrorum,
 Et qui divinis incubat eloquiis.
 Hunc vivum gestant manibus, laqueisque resolvunt
 Corporis, hunc hilares ad sua regna vocant.
 Macte tua vita & factis, Clarissime CONSUL!
 Et vita & mortis nobile pignus habes.
 Te desiderium Nati langvorque malignus
 Exedit, Superum iussit adire domos.
 Sed non solus abis: dio gens æthere nata
 Suscipit, & gaudet restituisse Deo.
 Vocibus his etiam gradientem ad sidera firmat:
 Numinis extemplo gratior hospes eris:
 Iam curas dimitte tuas, quas Curia sæpe
 Extorsit, vel quas fecerat ipsa domus:
 Gaudia nobiscum dum divinissima carpes,
 Natus, noster amor, credito, noster erit:
 Hunc disces sine Te Themidis conscendere posse
 Culmina, non svariis quo sine vita fuit.
 Felicem ELSNERVM, quem vectant agmina cœli!
 Et nos felices quos pia fata vehent!

Felici memoriæ Nob. Dn. Con-
 sulis ipso Festo Angelorum
 sepulti apposuit.

S. T. Schoenwald,

